

xisse, ex hodierno liquet Evangelio. Ipsum enim Christum gravissimis tentationibus aggredi non erubuit. Quapropter juxta Pauli Ephes. 6 adhortationem, arripiamus armaturam Dei, ut possimus resistere in die malo.

NARRATIO.

DE Alexandro Magno dicitur, quod brevi temporis spacio totum ferè orbem sibi subjugaverit, nihil procrastinando, verius autem de Diabolo, quod indefesso studio, tentationibusq; suis maximam Christianorum partem succumbere faciat, affirmatur. Non enim tantum unum tentationis genus exercet, sed varijs modis homines aggreditur, sicuti ipsum CHRISTUM Dominum nostrum, in hodierno Evangelio aggressus est. Quapropter in nostram exhortationem hodiernum Evangelium perpendentes.

- I. *Antecedentia considerabimus tentationem.*
- II. *Tentationem ipsam.*
- III. *Consequentia tentationem.*

DE I. LOCO.

Priusquam tentatur Christus, ducitur

tur